

アルケイアー記録・情報・歴史—
第15号 2020年11月 115-124頁
南山アーカイブズ

From the Transcription to the Edition of the *consilium* of Ivus de Coppolis

Oswaldo Cavallar

Professor Emeritus at Nanzan University

Oswaldo Cavallar

From the Transcription to the Edition of the *consilium* of Ivus de Coppolis

In the preceding issue of this journal¹ I have presented a *consilium* (legal opinion) of the Perusine jurist Ivus de Coppolis on a case of adultery that occurred in the late Middle Ages in the province of the Marche (Central Italy). The text of the opinion is transmitted by a single manuscript preserved in the Biblioteca Apostolica Vaticana (ms. Urb. Lat. 1132, fols. 407r-409v). There are no early printed editions of the legal opinions of this jurist and the manuscript is the sole source for the text. The transcription I have offered is sufficient to illustrate the case and the solution the jurist advanced. Yet, it is not a critical edition for it is bereft of its apparatus. Since an English translation and a commentary on this *consilium* have been printed², here I would like to take the opportunity to present the critical edition so that the English translation may be compared with the original Latin.

Criteria for the present edition

The edition adheres to the spelling of the manuscript for the reason I have already stated. For instance, *nupxit*, not *nupsit*; *disipante*, not *dissipante*.

Punctuation and capitalization follow the contemporary conventions.

¹ Oswaldo Cavallar, “Reflections on Transcribing and Editing a *consilium* by Ivus de Coppolis”, アルケイア—記録・情報・歴史—、第一四号（2019年11月）、3–28頁。

² For the English translation, a fuller discussion of adultery in late medieval society, and the relevant bibliography, see now O. Cavallar and J. Kirshner, *Jurists and Jurisprudence in Medieval Italy: Texts and Contexts* (Toronto: Toronto University Press, 2020), pp. 439-43.

The allegations of the *Corpus iuris civilis* and *Corpus iuris canonici* are given within brackets in the text of the *consilium*. The abbreviations are the standards among legal historians: Cod. for *Codex Iustinianus*; Dig. for *Digesta*; N. for the *Novellae constitutiones* of Justinian, and X for the *Decretales Gregorii IX*. For the titles of the books of the compilations the medieval form is retained, which, at times, slightly differs from the modern critical editions prepared by T. Mommsen (Berlin, 1882), P. Krueger (Berlin, 1906), and W. Kroll (Berlin, 1912). For the sake of readability, the abbreviated titles of the compilations found in the *consilium* are given in full.

For the references to the works of other jurists (e.g., Cynus, Bartolus, and Baldus) found in the opinion the available early printed editions or incunabula are used. For the names of the jurists, the Latin form has been retained following the contemporary conventions: the name of the author in the nominative, separation by a coma between the author's name and the title of the work, and simplification the title. For example: Bartolus de Saxoferrato, *Commentaria* not *Bartoli de Saxoferrato Commentaria*.

The critical emendations have been kept to a minimum and are given within square brackets [].

Ivus de Coppolis

Consilium

Factum tale est. Quedam domina Bartolomea Francisci Pauli de Cisterna nupxit se cuidam Francisco Pauli, fabro, de eadem terra, cum certa dote iam sibi consignata per eam. Verum quia ante dictum matrimonium dictus Franciscus Pauli, faber, artem eius exercuerat et steterat in Pensauero, dicta domina Bartolomea ignoraverat ante dictum contractum matrimonium qualiter dictus Franciscus Pauli faber retinuerat

From the Transcription to the Edition of the *consilium* of Ivus de Coppolis et retinebat quandam concubinam in Pensauero, ex qua iam habuerat unum filium. Post dictum autem matrimonium dictus Franciscus faber duxit ad terram Cisterne dictam concubinam cum dicto filio, cum qua publice praticabat, eam carnaliter congnoſcendo. In tantum quod postremo dicta domina Bartolomea eius uxore derelicta, accessit ad familiari[ta]tem¹ et continuo inhabitando cum dicta eius concubina, et nunc adultera, et cum eadem consum[ps]it fructus omnis dotis dicte domine Bartolomee, et etiam ceterorum bonorum paraſrenalium dicte domine, ea invita et contradicente. Modo queritur an dicta domina possit repetere a dicto eius marito dictam dotem et eius paraſrenalia bona vel fructus eorundem, vel actio quo sibi circa predicta salubri remedio consulatur necne.

In Christi Yhesu nomine, amen. Etsi constante matrimonio dos restitui per virum nequeat mulieri, citra casus de quibus in l. Mutus, § Manente, ff. De iure dotium (Dig. 23. 3. 73. 1), et in l. Quamvis (Dig. 24. 3. 20), cum l. sequenti (Dig. 24. 3. 21), ff. Soluta matrimonio, intra quos casus, casus noster minime repertus est. Potest tamen, viro ad inopiam vergente vel aliter disipante eius substantiam atque bona, etiam constante matrimonio, peti ut dos in tuto locetur, iuxta disposita in l. Si constante, in principio, ff. Soluta matrimonio (Dig. 24. 3. 24), et in l. Ubi adhuc, C. De iure dotium (Cod. 5. 12. 29). Quin immo sy de rerum viri perditione suspicetur et iuste, ut quia forte res suas habeat in loco periculoso, ita quod perditioni acte sint, adhuc etiam constante matrimonio mulieri provideri potest, iuxta notata in l. ii, in principio, ff. Soluta matrimonio (Dig. 24. 3. 2).

Quando tamen predicta omnia cessarent, quia vir diligens esset fortunasque in copia possideret alicui periculo non subiectas, solumque in dubium verteretur utrum mulier seorsum habitans a viro alimentari debeat ab eadem, et qualiter ad infrascriptam conclusionem reducendum est, omnibus supervacuis resecatis, videlicet: Quia aut uxor non est in viri servitio sed ab eo seorsum habitat, viri

¹ **Ms** ad familiari[ta]tem *cor. ex afamiliaritatem*

culpa interveniente. Et tunc ab eodem viro alimentanda est etiam ultra quantitatem dotis, si dos non sufficiat et vir aliunde habeat unde eam alimentare valeat, arg. l. Labeo scribit si michi bibliotecam, ff. De contrahenda emptione (Dig. 18. 1. 50). Prestari ergo debent isto casu alimenta, secundum qualitatem personarum viri et uxoris eiusdem, quam viri patrimonii quantitatem, ut in l. Servis urbanis, De legatis 3 (Dig. 32. 1. 99), facit optime quod habetur in l. Qui bonis (Dig. 42. 3. 6), et ibi [est] textus valde notabilis, De cessione bonorum, et in l. Cum unus, § fynali (Dig. 34. 1. 10. 2), et l. penultima, in principio, De alimentis et cibus legatis (Dig. 34. 1. 22), et no. Cynus² et ceteri in l. Quod in uxorem, C. De negotiis gestis (Cod. 2. 18. 13), cum symilibus. Pro quo facit quia non debet quis in alio postulare quod in se postulaturus non esse, l. penultima, C. De solutionibus (Cod. 8. 42[43]. 24). Sed si fructus dotis superfluerent ad uxoris alimenta, quando viri cederent, nec eos mulieri restituere teneretur, ut in l. Creditor, in § Si inter, ff. Mandati (Dig. 17. 1. 60. 3). Merito si deficiunt ad alimenta, de bonis propriis supplere tenentur, sic per predicta. Pro quibus etiam facit textus in sy. in l. Cotem ferro, § Qui maximos, ff. De publiciana (Dig. 39. 4. 11. 5). Pro hoc etiam facit quia, si mulier esset in servitio viri, et eidem operaretur, ut tenetur per no. in l. Sicut, De operis libertorum (Dig. 38. 1. 48), in l. In rebus, § Possunt, ff. Commodati (Dig. 13. 6. 18. 2), et in l. Assiduus, [C.] Qui potiore in pignore [et hypotheca] habeantur (Cod. 8. 17[18]. 12), eadem alimenta, ut supra, recipere teneretur, ut ff. De operis libertorum, l. Si suo³ victu (Dig. 38. 1. 18), et ff. De usufructu, in l. Sed et si quid⁴ (Dig. 7. 1. 25), et no. in dicta l. Sicut, et in l. Si cum dotem, in § Sin autem in sevissimo, ff. Solutio matrimonio (Dig. 24. 3. 22. 8). Ergo et idem in hoc casu, cum non per eam, sed per virum, stet quominus secum habitet sibi que operetur, ut debet. Quotiens enim huiusmodi

² Cynus de Pistorio, *Commentaria ad l. Quod in uxorem* (Cod. 2. 18. 13) (Francofurti ad Moenum: Sigismundus Feyerabendt, 1578), fol. 87v, no. 1.

³ **Ms** eo

⁴ **Ms** quis

From the Transcription to the Edition of the *consilium* of Ivus de Coppolis habitandi seu operandi conditio deficit per eum in cuius sed[e] debet impleri seu pro quo quis debet operari aut cum quo quis debet habitare seu morari, talis conditio pro impleta habetur. Casus est in terminis in l. i, C. De legibus (Cod. 1. 14. 1). Et idem dicendum est etiam in alia quacumque conditione mista, textus est in l. Iure civili, ff. De conditionibus et demonstrationibus (Dig. 35. 1. 24), no. late in l. In testamento, la seconda, eodem titulo (Dig. 35. 1. 31), et in l. i, C. De institutionibus et substitutionibus sub conditione factis (Cod. 6. 25. 1). Et predicta quando mulier non operatur pro viro, culpa viri.

Sy autem culpa mulieris predicta contingerent, tunc etiam secundum quantitatem dotis vir alimenta prestare non tenetur, argumento l. Iulianus, § Offerri, ff. De actionibus empti (Dig. 19. 1. 13. 8). Sed si nullius eorum culpa intercedente seorsum habitet a viro, tunc aut secundum redditum dotis alimentanda est et non in plus, ut tenuit Angelus⁵ in d. § Sin autem in sevissimo; aut dictum Angeli verum intellige quando mulier habet aliunde unde vivere posset. Sed quando aliunde non habet unde vivere possit, tunc etiam ultra dotis quantitatem vir alimentare tenetur, glossa⁶ est notanda super verbo ‘quantitate’ in dicto § Sin autem in sevissimo, quam ibi Baldus et ceteri communiter doctores insecuuntur. Predicta tamen omnia vera sunt, si viro dos promissa soluta sit, aut pro ea satisfactum, alias autem non tenetur mulierem maritali affectione tractare, textus est cum glossa no. in aut. De non eligendo secundo nubentes, § Illud, ad finem tituli (N. 2 = A. 1. 2. 5), conlatione prima; facit quod habetur in c. Sicut ex licteris, De sponsalibus (X. 4. 1. 22); et no. Baldus⁷ et ceteri in d. § Sin autem in sevissimo.

Cum ergo in proposito propter concubinam seu adulteram supradictam nequeat

⁵ Angelus de Ubaldis, *Lectura ad l. Si cum dotem, § Sin autem in sevissimo* (recte: *Si maritus*, Dig. 24. 3. 22. 7), (Lugduni: Ioannem Moylin, 1534), fol. 6v-8r.

⁶ Glossa *Quantitate* ad l. *Si cum dote, § Sin autem in sevissimo* (Dig. 24. 3. 22. 8), (Venetiis: Jacobus Gallicus, 1477), s.f.

⁷ Baldus de Ubaldis, *Commentaria ad l. Si cum dotem, § Sin autem in sevissimo* (recte: *§ Si maritus*, Dig. 24. 3. 22. 7), (Venetiis: [s.n.] 1599), vol. III, fol. 12r, no. 4.

dicta domina Bartolomea honeste hac pacifice inhabitare cum predicto Francisco eius viro, perinde est quantum ad alimentorum perceptionem ac si secum inhabitaret, per predicta. Paria enim sunt eam habitare non posse, vel posse sed non honorifice neque pacifice, ut patet ex late dictis maxime per Baldum⁸ in d. l. I (Cod. 6. 37. 1), C. De legatis, et est textus et ibi etiam no. in l. Illis libertis, ff. De conditionibus et demonstrationibus (Dig. 35. 1. 84), fuitque dicta dos soluta integraliter dicto viro.

Merito concludi necessario debet, dicte domine Bartolomee alimenta prestari debere per prefatum Franciscum, consideratis qualitate personarum uxoris et viri, ac etiam quantitate dotis, et etiam bonorum viri, si fructuum dotis quantitas ad alimenta non sufficeret, per predicta. Nec curo, an tempore dicti matrimonii, vel ante, dicta mulier sciverit dictum Franciscum concubinam habere vel non. Potuit esse, ac facillime credere debuit, dictum Franciscum adfugere [et] melioris vite reversurum esse, argumento l. Si defunctus, C. Arbitrium tutele (Cod. 5. 51. 10). Et facit quod no. Bartolus⁹ in l. Si constante matrimonio, ff. Solutio matrimonii (Dig. 24. 3. 24), ubi propter scientiam inopie viri existentis tempore contracti matrimonii et tamen non perdit mulier beneficium, d. l. Si constante, cum symilibus, licet in dubio semper ygnorantia presumatur, ut l. Verius, ff. De probationibus (Dig. 22. 3. 21), et maxime eorum que extra territorium in quo quis habitat gesta sunt, ut patet ex no. maxime per Bartolum¹⁰ in l. Hiis potest, ff. Ae acquirenda hereditate (Dig. 29. 2. 18). Cum ergo, quia in casu nostro, maxime propter diversitatem territoriorum, presumitur dictam dominam Bartolomeam ygnorasse dictum Franciscum concubinam retinere, et ex ea filios suscepisse, cum etiam quia, etsi scisset, idem esset, ut supra dixit, pateat quod evidentissime ex culpa viri eam a viro¹¹ seorsum habitare, ab eodem

⁸ Baldus de Ubaldis, *Commentaria ad l. Quamvis* (Cod. 6. 37. 1), vol. VII, fol. 127v-128r.

⁹ Bartolus de Saxoferrato, *Commentaria ad l. Si constante* (Dig. 24. 3. 24), (Basileae: Froben, 1562), vol. II, pp. 47-56, in specie p. 50, no. 22-23.

¹⁰ Bartolus de Saxoferrato, *Commentaria ad l. Hiis potest* (Dig. 29. 2. 18), vol. II, pp. 417-421, no. 17.

¹¹ **Ms** a viro *suprascr.*

From the Transcription to the Edition of the *consilium* of Ivo de Coppelis viro alimentari debet, iuxta personarum qualitatem et viri patrimonii quantitatem, dotis quantitate nullatenus considerata, per predicta. De bonis autem parafrenalibus clara est conclusio, quod mulieri, et sic dicte domine Bartolomee, restitui debent cum omnibus fructibus inde perceptis, iuxta late no., maxime per Bartolum¹², in l. Maritus, ff. Ad legem Falcidiam (Dig. 35. 2. 95), et per Baldum¹³ in l. finali, C. De pactis convenendis (Cod. 5. 14. 11).

Posset etiam et deberet offitialis [dicte] terre dictos Franciscum Pauli et etiam dominam Mariam, dicti Francisci famulam seu olim concubinam et nunc adulteram, per vim inquisitionis de adulterio puniri, l. ii, § Si publico, ff. [Ad legem Iuliam] de adulteris (Dig. 48. 5. 2. 5), et l. Congruit, ff. De officio presidis¹⁴ (Dig. 1. 18. 13). Laus Deo.

Et ita ut supra conclusum est, cum omnibus apostillis mea manu factis, dico et consulo, Ego Yvo de Coppelis de Perusio¹⁵, minimus legum doctor, in quorum robur ac testimonium propria manu me subscripxi meyque nominis, solito sigillo munivi, iudicio saniori semper salvo. Laus Christo, amen.

¹² Bartolus de Saxoferrato, *Commentaria ad l. Maritus* (Dig. 35. 2. 95), vol. II, p. 840, no. 3.

¹³ Baldus de Ubaldis, *Commentaria ad l. Si mulier* (Cod. 5. 14. 11), vol. VI, fol. 197r.

¹⁴ **Ms** Posset etiam-presidis *add. in margine dextro*

¹⁵ **Ms** de Perusio *suprascr.*

From the Transcription to the Edition of the *consilium*
of Ivus de Coppolis

Oswaldo Cavallar

Abstract

In the previous issue of this journal 14 (2019) I have presented a legal opinion (*consilium*) of the Perusine jurist Ivus de Coppolis on a case of adultery. The text is transmitted by a single manuscript preserved in the Biblioteca Apostolica Vaticana (ms. Urb. Lat. 1132, fols. 407r-409v). While the transcription is sufficient to illustrate the case and the solution the jurist advanced, it is not a critical edition for it is bereft of its apparatus. Since an English translation and a commentary on this *consilium* have been printed, here I would like to take the opportunity to present the critical edition so that the English translation may be compared with the original Latin.